



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Interdictum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

dulgentia plenaria, non datur ab Episcopo Indulgentia ab eo dari solita; ceterum. Ambrosianum.

Constitutio Pij V. Prou.3.  
V. Irregularitas nn.71.72.

## ADDITIO.

## Inquisitionis Sanctæ officium.

- 1 Constituat Episcopus Congregacionem Theologorum, & Iuristarum vñà cum Inquisitore. Prouinc.5.
- 2 Secretum, silentiumque indicatur ijsdem, dato iuramento, vt neque nutu significant, proposita latæ sententiæ excommunicatione. *ibid.*
- 3 Notarij idem prætent iuramentum de secreto; custodes carceris, & alij ministri. *ibid.*
- 4 Causarum acta, nec aliud quidquam ad causas attinens; typis edatur. *ibid.*
- 5 Procurator, Aduocatusque dari debet, qui fidei professionem emiserit, & qui omni labore caruerit, suspicioneue hæresis *ibid. V. Fidei Professio. num.27.*
- 6 Detur facultas in scriptis & cum iuramento de legitima tantum defensione facienda. *ibid.*
- 7 Qui Inquisitorem, Aduocatum, aliosq; ministros Sancti officij, aut denunciatorem, accusatorem, aut testem in causa fidei præter refecerit, occiderit, verberarit, deieccerit eo ipse est excommunicatus, resuata absolutione Papæ Pius V. *Conf. 83. Anno 1569.*
- 8 Item ille qui eiusdem Sancti officij ædes, aut ministrorum, aliasuè res expugnauerit, inuaserit, incenderit, aut libros, litteras, scripta combusserit, diripuerit, interuerterit, asportarit, idem *ibid.*
- 9 Item ille qui ad hæc consilium, auxilium, fauorem præstiterit. *ibid.*
- 10 Et qui delinquentibus contra officium S. Inquisitionis veniam petere, aut pro illis intercedere tentauerit *ibid.*
- 11 Et qui in carcerem, seu custodiā etiā priuatam effregerit, vinculum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumue eiipuerit, receperit, oculuerit, seu facultatem fugiendi dedecrit, etiam si effectus. non sequatur *ibid.*
- 12 Aliæ pœnæ ibidem infliguntur grauissimæ. *ibid.*
- 13 Promulganda est aliquando prædicta Barth. Gallant. Mass.

- 1 Episcopus terminare potest sine interuentu Inquisitoris, causas superstitionū, incantationum, veneficiorum; & blasphemiarum, nisi sapient manifesta hæresim. *Congreg. S. Off. 2. Dec. 1602. apud F. Leon. in Thes. Fort. Eccl. tit. de sortileg.*
- 2 Omnia gratis in hoc genere expediantur. *ead. 5. Jan. 1601.*

## Interdictum.

- 1 Potest Episcopus ponere Interdictū contra subditos suos, non debet tamen interdicere clericos, aut eorum Ecclesiæ perpetuo, vel ad longum tempus nisi de consensu Capituli. *Sylvest. V. Interd. 3. quæst. 3.*
- 2 Propter delictum domini vel Capituli, vel alicuius communitatis. *ibid. quæst. 5.*
- 3 Et quando officiales laici nolunt remittere clericum ad Curiam Ecclesiasticam. *Ausert de pot. Ind. E. cl. supra laic. numer. 8.*
- 4 Non pro debito pecuniario, nisi contraria adsit consuetudo, cui standum erit. *Syl. loco cit.*
- 5 Subiacet interdicto ipso facto omnis locus in quo Ecclesiastici compelluntur ad soluenda pedagia, guidagia, vel alia per se, aut per alium de rebus suis, quas non deserunt causa negociandi. *Syl. Interd. 4. quæst. 1. Tertiò.*
- 6 Item Ciuitas, quæ committit aliquid in Episcopum suum, vt capiatur, persecutatur, banniatur. *ibid. Quarto.*
- 7 Item quando in aliquo loco detinetur Episcopus inuitus *ibid. Sexto.*
- 8 Item quando dominus loci impedit ne Legatus, aut Nuncius Papæ possit exequi officium suum. *ibid. Septimo.*
- 9 Non potest Episcopus suspendere Interdictum pro festiuitate, missa noua, &c. Negant, Armant DD. apud Barbos. *allegat. 38. num. 5.*
- 10 Tempore Interdicti quotidie possunt missæ, & officia diuina celebrari, submissa voce, ianuis clavis, non pulsatis

H cam-



- campanis ; excommunicatis, & interdictis exclusis. idem *interd. 5. quæst. 1.*
- 11 Non habet locum hæc moderatio in Interdicto populi, seu vniuersitatis, non expresso loco in sententia. *ibid.*
- 12 Neque in Ecclesia, vel monasterio specialiter interdictis. *ibid.*
- 13 In Festis Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumpt B. V. & Corporis Christi, cum octaua, campanæ pulsantur, & ianuis aperiatis alta voce diuina celebrantur, interdictis admissis; non tamen ijs, quorum causa latum est interdictum, appropinquent altari. idem *ibidem qu. 2. Primum*; Non ait, Sacraenta ministrantur; quod bene nota.
- 14 Nemirum à primis vesperis cuiuslibet festorum predicatorum que ad Completorum festi. idem *ibid. Secundum*.
- 15 Potest Episcopus in predictis festis altaria, & virgines consecrare, vela benedicere, & imponere monialibus, calices, paramenta, aquam, Abbates, & humiliodi *ibid. Tertium*.
- 16 Item sacerdos potest benedicere sponsam aquam, candelas, oliuas, nisi sit, & ipse interdictus. *ibid.*
- 17 Intellige sponsæ benedictionem in festo Assumptionis B. V. & Corporis Christi non in alijs *ibid.*
- 18 In alijs diebus hæc eadem possunt fieri, sed eo modo, quo diximus *nu. 10.* idem *ibid.*
- 19 Sepultura conceditur in predictis festis probabiliter. *ibid.*
- 20 Sed probabilius oppositum mihi videtur. *Vgl. c. 9. § 1. nu. 1. fusc. et optime.*
- 21 Extra predictas moderationes prohibentur exercitia deputata certo ordini Ecclesiastico celebratio diuinorum, administratio sacramentorum, collatio ordinum, Ecclesiastica sepultura, cum officio, pulsatio campanatum. *Sylvest. supra qu. 3. adde apertione Ianuarium ibid.*
- 22 Item Missa sicca prohibetur idem *ibid.*
- 23 Non suspenditur iurisdictio Praelati, etiam circa spiritualia. *ibid.*
- 24 Episcopus per vias non debet benedicere populo, interdicti tempore. *Vgl. supra qu. 3. adde apertione Ianuarium ibid.*
- 25 Oratio priuata in Ecclesia non prohibetur etiamsi orationes sint interdicti, vel interdicta Ecclesia Sylu. *supra qu. 5. Tertium.*
- 26 Prædicatio potest fieri, etiam pulsata campana. *ibid. Sextum.*
- 27 Pulsari potest campana pro Aue Maria, pro nota horarum diei. *ibid.*
- 28 Baptismus potest cum cathecumino ministrari. *ibid. qu. 7.*
- 29 Item pœnitentia Sacramentum, etiam sanis, ministrari potest *ibid.*
- 30 Item Confirmations. *ibidem.* & potest consequenter conficia Chrismatum modificatione supradicta. *nu. 19.*
- 31 Potest deferri viaticum ad infirmos cum campanula, & lumine, *ibid.*
- 32 Item dari damnatis ad mortem *ibid.*
- 33 Item, & clericis secreto intra diuina. *ibidem.*
- 34 Non alijs, licet admissis licite ad diuinam. *ibid.*
- 35 Prægnantibus dari potest communio, si probabiliter imminent periculum mortis. *ibid.*
- 36 Post partum non possunt introduci in Ecclesiam. *Vgl. de Interdicto tab. 5. caput. 8. initio Affirmat oppositum: Nau. in manu. c. 27. num. 176. sed fiat sine stola.*
- 37 Matrimonium quoque conceditur sine benedictione nuptiali. *Sylu. supra qu. 7. Negat Vglolinus. tab. 5. c. 7. §. 3. m. 1.*
- 38 Extremaunctionio prohibetur, *Sylu. initio qu. 7.*
- 39 Ordo commendationis animæ non prohibetur. *ibid. qu. 4. Sextum.*
- 40 Ordinum collatio non prohibetur Clero, si populus tantum est interdictus. idem *qu. 7. except. 6.*
- 41 Sed extra locum interdictum promoueri poterit *ibid.*
- 42 Si locus tantum sit interdictus neque ob delictum vniuersitatis, laici, qui non sunt in culpa delicti, poterunt extra locum ordinari. *ibid.*
- 43 In loco interdicto verius non possunt ordines conferri neque clericis, neque laicis. *ibid.*
- 44 Ecclesiastica sepultura denegatur laici, etiam si egerint pœnitentiam. *ibid. qu. 8. Primum.*

45 Et

- 45 Et sepeliri debent in loco non sacro, sine officio diuino *ibidem tertium*.  
 46 Soluto interdicto transferri poterunt in Ecclesiam, vel cæmeterium *ibid. Primum*.  
 47 Et debent solemniter. Sà Interdictum numero 22.  
 48 Clericis non interdictis, & Interdictum seruantibus conceditur sepultura cum silentio, cum officio sine nota, cum moderatione supradicta n. 10. *Syl. qu. 8. Quartum*.  
 49 Vel in Ecclesia propria, vel in alia. *ibid.*  
 50 Confratribus quoque idem conceditur qui ex priuilegio religiosorum, quorum sunt confratres, admittuntur ad diuina; non tamen in Ecclesia interdicta. *ibid.*  
 51 Etiam in interdicta docet Panormit. *ibid.*  
 52 Priuilegiati, vt adiungantur ad diuina tempore Interdicti, excluduntur tamen, si causa, vel concausa, fuerunt interdicti. *Syl. quest. 5. Octauum*.  
 53 Priuilegiatus ad perceptionem sacramentorum, potest sepeliri in Ecclesia. idem *qu. 8. Sextum*.  
 54 Negat prædicta num. 50. & 53. Vgol. loc. cit. c. 9. §. 3. nu. 2.  
 55 Violantes Interdictum, nempè contra modificationes prædictas aliquid facientes, fiunt irregulares. *Syl. ibid. qu. 5. Primum*. si compleatur actus celebrandi diuina.  
 56 Possunt recipi mortuaria, & orari potest pro pénitentibus mortuis, alias minime idem *qu. 8. Septimum*.  
 57 Pœnæ multæ violentium interdictum habeantur apud *Syl. V. Interdictum 6.*  
*V. Protonotarij. num. 3. Regularium iura sub Episcopis. num. 43. Sepultura num. 22.*

## Irregularitas.

- 1 Potest Episcopus in sua Diœcesi dispensare cum suis subditi in irregularitatibus prouenientibus ex delictis occultis, excepto homicidio voluntario, aut delicto deducto ad forum contentiolum. *Trident. eff. 24. cap. 6.*  
 2 In ea nempè Diœcesi, in qua Concil-
- lium Tridentinum saltem quoad aliqua est receptum, ita decisum refert Suar. *disp. 45. sect. 2. nu. 6.*
- 3 Non potest cum Regularibus se illi subiicientibus ob hanc dispensationem. Bonac. *de irregul. disp. 7. qu. 5. pm. 2. prop. 2. nu. 4.*
- 4 Potest cum subdito suo extra Diœcensem existente, extra judicialiter. Suar. *loc. cit. num. 10. Vede Censura nu. 7.*
- 5 Potest etiamsi ipse Episcopus non existat in Diœcesi, extra judicialiter dispensare. Bonac. *loc. cit. nu. 5.*
- 6 Delictum occultum intelligitur formaliter occultum; licet actio materialiter fuerit notoria, idem *5. ibid.*
- 7 Deductum autem ad forum contentiolum illud est, quod semiplene est probatum. idem *ibid.*
- 8 Et eo magis illud quo quis conuictus, & condemnatus fuit. *ibid. nu. 7.*
- 9 In iubileo non datur facultas dispensandi in irregularitatibus, nisi fiat illius expressa mentio. Nau. *cap. 27. nu. 250.*
- 10 Non potest Episcopus dispensare cum Neophyto. Bonac. *loc. cit. qu. 2. pm. 1. prop. 3.*
- 11 Neophytus est ille, qui ex aliena lege nuper est adulitus baptizatus. idem *ibid. v. Ordo in genere nu. 15.*
- 12 Neque potest cum abstemio. Nau. *cap. 27. nu. 204.*
- 13 Neque irregularitate proueniente ex defectu, vel deformitate, vel infirmitate corporis. idem *nu. 200.*
- 14 Neque ex defectu occulto, ex c. liceat. Bonac. *q. 2. pm. 3. prop. 3.*
- 15 Ad Episcopum pertinet iudicare, vitrum defectus, vel deformitas corporis inducat irregularitatem. idem *ibid. pm. 2. prop. 3.*
- 16 Etiam in Regularibus standum erit iudicio Episcopi in vitio corporis. Barb. *alleg. 42. nu. 60.*
- 17 Sed neque potest dispensare cum demoniaco, nisi, vt exerceat ordines iam suscepitos, si tamen spatio unius anni non vexetur. Vgolin. *de irregul. cap. 55. nu. 2.*
- 18 Aethiops non videtur irregularis. Maiol. *de irregul. lib. 1. c. 21. contra Vgolin. c. 50. nu. 4.*
- 19 Maleficiatus ad contrahendum ma-

H 2 tri-